

VERS. 25. — QUÆ EST IN MANU TUA, id est, quam habes in promptu. CONSTITUTE JUDICES. His verbis conceditur Judæis *arbitria*, id est, ut ipsi Judæi exerceant judicia etiam capitula. Supra versu 14, ipsis concessa est *arbitria*, id est, ut patris legibus viverent. Grot. (1).

VERS. 26. — JUDICIUM FIAT DE EO, q. d.: Volo judicium fieri de eo, id est, morietur, aut mittetur in exilium, vel, multabitur multa pecuniaria, aut retrudetur in carcerem, pro exigentia vel circumstantia peccati. AD ERADICATIONEM, id est, ad exilium. ET AD VINCENDUM, aut AD CARCERES, sive vincula (2).

Nunc ea est quorundam magistratum ingratitudo, ut illis nequaquam parcent. Hic ministris omnibus datur *arbitria*, à multis postea regibus confirmata, ut ex Josepho discimus. (Synopsis.)

(1) VERS. 25. — CONSTITUTE JUDICES ET PRÆSIDES. Confert Artaxerxes judicibus Judæorum omnem potestatem animadvertendi in legum divinarum et principis violatores. Hæc tenens jus gladii sedisse videtur penes judices regios et exteros, saltem in rebus gravioribus, et publicam animadversionem exigentibus. Cause minores, quæque fori contentiosi non essent, vel in solis legis Mosaicæ observatione versarentur, coram principibus populi definiebantur. In tertio libro ESDRÆ 8, 26, fertur constitutos fuisse ab ESDRÀ judices in totâ Syriâ et Phœnicæ; quod utique putidum mendacium est. (Calmet.)

(2) VERS. 26. — ET OMNIS QUI NON FECERIT LEGEM, etc., JUDICIUM ERIT DE EO SIVE IN MORTEM. Ecce hic rex dat ESDRÆ et judicibus ab eo à populo constituendis, potestatem necis in prævaricatores, quam Judæis negarant Romani; illam enim duntaxat Platon, exterisque suis præsidibus concesserunt. Unde Judæi, dicente Platone, ut ipsi Christum secundum legem judicarent, responderunt: *Nobis non licet interficere quemquam*, Matth. 27. (Corn. à Lap.)

Rex ethnicus statuit pœnas transgressoribus legis Dei, easque varias, et est verisimile intelligi leges ad cultum Dei pertinentes. Nam quæ ad politiam pertinebant, leges regis erant. Illic ergo ostendi potest pertinere ad principes seculares punitionem eorum qui in religionem peccant, etiam si de rebus religiosis non cognoscant, nisi ex Ecclesiæ judicio seu testimonio; sicut rex iste ethnicus de religione Judæicâ non cognoscebat, nisi generaliter fidem habens testimonio et judicio sacerdotum. (Estius.)

SIVE IN EXILIUM. Textus ad litteram: *Sive ad exterminationem, vel eradicationem*. Hoc qui dem accipiunt alii de necis, alii de exilio, quo quis à patriâ evellitur, ut arbor ex avito solo eradicator. Ludovico de Dieu est proscriptio, quâ reus interdicatur penitus commercio ac civili societate, privaturque subsidiis omnibus vitæ, ut qui olim apud Romanos igne et aquâ interdicebantur. Expositio hæc confirmatur his, quæ leguntur inferius, 10, 8, ubi ESDRÀ tradidit sibi potestate usus, pœnas in eos decernerit, qui statâ die non venerint ad locum

VERS. 27. — BENEDICTUS, id est, laudetur ab omnibus. SIMILE, ad verbum, *secundum hoc* (1).

VERS. 28. — ET SUPER ME INCLINAVIT, id est, qui reddidit me gratiosum regi: dignum misericordiâ et gratiâ. CONFORTATUS (2), vel, corroboratus, id est, tunc ceppi esse forti animo pro

Statuit inter cætera: *Ipsæ abjicietur de cætu transmigrationsis*. (Calmet.)

JUDICIUM ERIT DE EO. Quâ ratione tyrannus aquæ atque *arbitria* exploduntur. (Wolphius.) SIVE IN EXILIUM. Rectè Aben Ezra dixit esse expulsionem ex hæreditate. Existimo eradicationem hic esse supplicium quale ferè apud Hebræos erat tertia excommunicatio, cratic proscriptio (verba sunt Buxtorffii in Institi. epistolari); quâ reus, omnibus humanæ societatis juribus, legibus, officiis et commerciis exclusus, judicio divino committitur, et ad extremam desolationem condemnabatur; qui apud Romanos aquâ et igni interdicebatur. (Drusus.)

(1) Hic consequenter ponitur gratiarum actio, et in aliquibus libris præmittitur: *Et dixit ESDRÀ scriba*; sed non est in Hebræo, nec est de textu, sed subintelligitur, propter quod aliqui doctores apposerunt in libris suis per modum glossæ, et postea textui insertum fuit per imperitiam scriptorum, sicut et in pluribus aliis locis simile factum est.

QUI DEDIT. Totum enim beneficium a rege impetratum Deo attribuit tanquam gratus.

UT GLORIFICARET, magnis muneribus et privilegiis concessis ibidem ministrantibus et palati per prædicta.

In hoc versu 27 auctor iterum Hebræo scribit, et v. sequenti ESDRAS de se in primâ personâ loquitur: *Inclinavit in me Dominus misericordiam suam coram rege*. (Calmet.)

(2) Id est, ejus directione. CONGREGAVI DE ISRAEL, capitaneos vel principales domorum.

QUI ASCENDERUNT MECUM, ut tractarent ad vicem de pertinentibus ad meum processum. (Lyræus.)

VERS. 27, 28. — *Bêni soit le Seigneur, le Dieu de nos pères, qui a mis au cœur du roi cette pensée d'élever en gloire le temple du Seigneur qui est dans Jérusalem, et qui par sa miséricorde m'a fait trouver grâce devant le roi et ses conseillers, etc.* C'est ESDRÀ qui parle ici, et qui ayant rapporté la lettre que le roi ARTAXERXES écrivit en faveur des Juifs, d'une manière plus digne d'un adorateur du vrai Dieu que d'un païen tel qu'il était, nous développe les secrets ressorts d'une conduite si surprenante, lorsqu'il s'écrit dans l'admiration de ce grand miracle: *Bêni soit le Seigneur le Dieu de nos pères, qui a mis au cœur du roi cette pensée*, etc. Car comment un infidèle aurait-il pu condamner ou à la mort ou à l'exil, ou à la prison, ou à l'amende ceux d'entre les Juifs qui manqueraient d'observer la loi de leur Dieu si la volonté toute-puissante du Dieu d'Israël n'avait agi sur son cœur, pour l'engager à parler et à agir d'une manière si opposée à l'esprit et à la conduite du paganisme? C'était donc, comme ESDRÀ le re-

gratiâ et favore quo me prosequatur Deus meus, et congregavi, etc. PAINCIPES, sub. fa-

connait publiquement, l'effet d'une *miséricorde de Dieu*, toute singulière sur lui, de lui avoir fait trouver grâce devant le roi et son conseil, pour obtenir en faveur de la vraie religion ce que la sagesse d'un païen privé de la lumière de la foi aurait dû ne pas accorder.

L'on ne peut se souvenir de l'impieeté avec laquelle les rois de Juda avaient attiré la juste colère de Dieu sur Jérusalem et sur son temple, dont la ruine avait été un effet de l'ingratitude de ces princes juifs, qu'on ne soit encore dans un plus grand étonnement, en voyant cette conduite si opposée de princes païens qui concourent tous ensemble, ou pour

CAPUT VIII.

1. Hi sunt ergo principes familiarum, et genealogie eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone:

2. De filiis Phinees, Gerson. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Hattus.

3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias; et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.

4. De filiis Phahath-Moab, Elioenai filius Zareh, et cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechieh, et cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Jonathan, et cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Isaïas filius Athaliæ, et cum eo septuaginta viri.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, et cum eo octoginta viri.

9. De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, et cum eo ducenti decem et octo viri.

10. De filiis Selomith, filius Josphiæ, et cum eo centum sexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, et cum eo viginti octo viri.

12. De filiis Azgad, Johanan filius Ecceatan, et cum eo centum et decem viri.

13. De filiis Adoniam, qui erant novissimi; et hæc nomina eorum: Elipheleth et Jehiel, et Samaïas, et cum eis sexaginta viri.

14. De filiis Begni, Uthai et Zachur, et cum eis septuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium qui decurrit ad Ahava, et mansimus ibi tribus diebus: quasi vique in populo et in

milliarum. Ut ascenderent mecum, sub. de Babylone in Jerusalem.

mieux dire l'un après l'autre, à rétablir dans cette même Jérusalem une sainte religion que ses propres habitans avaient contribué à y détruire. Que vos jugemens, ô mon Dieu! soient impénétrables, lorsque vous souffrez que votre peuple s'éleve lui-même insolètement contre vous, et vous mette en quelque sorte les armes entre les mains pour l'exterminer et réduire en cendres tout ce qu'il avait de plus sacré! Mais que vos miséricordes sont admirables, lorsque des loups vous en faites, quand il vous plait, des agneaux, et que des persécuteurs de votre nom adorable, vous en faites des ministres obéissans à vos volontés, et des réparateurs de votre saint culte! (Sacy.)

CHAPITRE VIII.

1. Voici les noms des chefs de familles et la généalogie de ceux qui sont venus avec moi de Babylone sous le règne du roi Artaxerxès:

2. Des fils de Phinéés, Gerson. Des fils d'Ithamar, Daniel. Des fils de David, Hattus.

3. Des fils de Séchéniâs, fils de Pharos: Zacharias; et on compta avec lui cent cinquante hommes.

4. Des fils de Phahath-Moab, Elioenai, fils de Zareh, et avec lui deux cents hommes.

5. Des fils de Séchéniâs, le fils d'Ezéchiel, et avec lui trois cents hommes.

6. Des fils d'Adan, Abed, fils de Jonathan, et avec lui cinquante hommes.

7. Des fils d'Alam, Isaï, fils d'Athaliâs, et avec lui soixante-dix hommes.

8. Des fils de Saphatiâs, Zébédia, fils de Michaël, et avec lui quatre-vingts hommes.

9. Des fils de Joab, Obédia, fils de Jahiel, et avec lui deux cent dix-huit hommes.

10. Des fils de Selomith, le fils de Josphas, et avec lui cent soixante hommes.

11. Des fils de Bébai, Zacharie, fils de Bébai, et avec lui vingt-huit hommes.

12. Des fils d'Azgad, Johanan, fils d'Ecceatan, et avec lui cent dix hommes.

13. Des fils d'Adoniam, qui étaient les derniers, voici leurs noms: Eliphéleth, Jehiel, Samaïas, et avec eux soixante hommes.

14. Des fils de Bégni, Uthai et Zachur, et avec eux soixante dix hommes.

15. Je les assemblai près du fleuve qui coule vers Ahava, et nous demeurâmes trois jours en ce lieu; et ayant cherché parmi le peuple

sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni ibi.

16. Itaque misi Eliezer, et Ariel, et Semelam, et Elnathan, et Jarib, et alterum Emathal et Nathan, et Zachariam et Mosollam principes, et Jojarib et Elnathan sapientes.

17. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphie loco, et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, et fratres ejus Nathinæos, in loco Chasphie, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Levi, filii Israel, et Sarabiam et filios ejus, et fratres ejus decem et octo.

19. Et Hasabiam, et cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus et filios ejus viginti :

20. Et de Nathinæis, quos dederat David et principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti ; omnes hi suis nominibus vocabantur.

21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affigeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

22. Erubui enim petere à rege auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in viâ, quia dixeramus regi : Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate : et imperium ejus et fortitudo ejus, et furor super omnes qui derelinquant eum.

23. Jejunavimus autem et rogavimus Deum nostrum per hoc : et evenit nobis prosperè.

24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem.

25. Appèndique eis argentum et aurum, et vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliatores ejus, et principes ejus, universusque Israel eorum qui inventi fuerant.

26. Et appendi in manibus eorum argentum talenta sexcenta quinquaginta, et

et les prêtres les enfants de Lévi, je n'y en trouvai point.

16. J'envoyai donc Eliezer, Ariel, Séméa, Elnathan, Jarib, et un autre Elnathan, Nathan, Zacharie et Mosollam, les princes, et Jojarib et Elnathan, les sages.

17. Et je les envoyai vers Eddo, qui était le premier, au lieu nommé Casphia ; et je leur marquai les propres paroles qu'ils devaient y dire à Eddo et aux Nathinæens ses frères, afin qu'ils nous amenassent des ministres du temple de notre Dieu.

18. Et par la main de notre Dieu, laquelle était sur nous, ils nous amenèrent un homme très-savant des enfants de Moholi, fils de Lévi, fils d'Israël, et Sarabia avec ses fils et ses frères, dix-huit personnes,

19. Et Hasabia, et avec lui Isaïe des enfants de Mérari avec ses frères et ses fils, vingt personnes.

20. Et deux cent vingt Nathinæens, de ceux que David et les princes avaient établis pour servir les Lévites. Toutes ces personnes étaient désignées par leurs noms.

21. Étant sur le bord du fleuve Ahava, je publiai un jeûne, pour nous humilier devant le Seigneur notre Dieu, et pour lui demander qu'il nous conduisît heureusement dans notre chemin, nous, nos enfants et tout ce que nous portions avec nous ;

22. Car j'eus honte de demander au roi du secours et des cavaliers pour nous défendre de nos ennemis pendant le chemin, parce que nous avions dit au roi : La main de notre Dieu est sur tous ceux qui le cherchent sincèrement ; et son empire, sa puissance et sa fureur sont sur tous ceux qui l'abandonnent.

23. Nous jeûnâmes donc, et nous fîmes dans ce dessein notre prière à notre Dieu, et tout nous succéda heureusement.

24. Et je choisii douze d'entre les premiers des prêtres, que je séparai des autres, Sarabias, Hasabias, et dix d'entre leurs frères ;

25. Et je leur livrai l'argent et l'or, et les vases consacrés de la maison de notre Dieu, qu'avaient offerts au Seigneur le roi, ses conseillers et ses princes, et tous ceux qui s'étaient trouvés dans Israël.

26. Et je remis entre leurs mains six cent

vasa argentea centum, auri centum talenta.

27. Et crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, et vasa ærifulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.

28. Et dixi eis : Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argentum et aurum quod spontè oblatum est Domino Deo patrum nostrorum.

29. Vigilate et custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum et Levitarum, et ducibus familiarum Israel in Jerusalem, in thesaurum domus Domini.

30. Susceperunt autem sacerdotes et Levitæ pondus argenti et auri, et vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

31. Promovimus ergo à flumine Ahavâ duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem : et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in viâ.

32. Et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quartâ appensum est argentum et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, et cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Nodaia filius Bennoï Levitæ.

34. Juxta numerum et pondus omnium : descriptumque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationsis, obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim : omnia in holocaustum Domini.

36. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, et ducibus trans flumen, et elevaverunt populum et domum Dei.

cinquante talents d'argent, cent vases d'argent, cent talents d'or,

27. Vingt tasses d'or du poids de mille drachmes, et deux vases d'un airain clair et brillant, aussi beaux que s'ils eussent été d'or.

28. Et je leur dis : Vous êtes les saints du Seigneur ; et ces vases sont saints, comme tout cet or et cet argent, qui a été offert volontairement au Seigneur Dieu de nos pères.

29. Veillez et gardez ce dépôt jusqu'à ce que vous le délivriez dans Jérusalem aux princes des prêtres et des Lévites et aux chefs des familles d'Israël, pour être conservé au trésor de la maison du Seigneur.

30. Les prêtres et les Lévites reçurent cette somme d'argent et d'or et les vases dans le même poids, pour les porter à Jérusalem dans la maison de notre Dieu.

31. Nous partîmes donc du fleuve Ahava le deuxième jour du premier mois pour aller à Jérusalem ; et la main de notre Dieu fut sur nous, et il nous délivra des mains de tout ennemi, et de qui aurait voulu nous dresser des embûches pendant le voyage.

32. Nous arrivâmes à Jérusalem ; et après y avoir demeuré trois jours,

33. Le quatrième jour, l'argent, l'or et les vases furent délivrés en la maison de notre Dieu par Mérémoth, fils d'Urie, prêtre, qui était accompagné d'Eléazar, fils de Phinées ; et Jozabed, fils de Josué, et Nodaïa, fils de Bennoï, Lévites, étaient avec eux.

34. Tout fut livré par compte et par poids ; et on écrivit alors tout le poids.

35. Les fils de la transmigration qui étaient revenus de captivité offrirent pour holocauste au Dieu d'Israël, douze veaux pour tout le peuple d'Israël, quatre-vingt-seize bœufs, soixante-dix-sept agneaux, et douze boucs pour le péché ; le tout en holocauste au Seigneur.

36. Ils donnèrent les édits du roi aux satrapes qui étaient de sa cour, aux gouverneurs d'au-delà du fleuve, lesquels commencèrent à favoriser le peuple et la maison de Dieu.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et isti principes patrum eorum, et genealogie eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artachastæ regis, de Babel. — 2. De filiis Pinechas, Chersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Chattus. — 3. De filiis Sechentah, de filiis Parhos, Zachariah, et cum eo genealogia

eorum masculorum centum et quinquaginta. — 4. De filiis Pachath-Moab, Eliheohenai filius Zachariah, et cum eo ducenti masculi. — 5. De filiis Secheniah, filius Jachaziel, et cum eo trecenti masculi. — 6. De filiis Hadin, Hebed filius Jonathan, et cum eo quinquaginta masculi. — 7. Et de filiis Helam, Jesahiah filius Hathaliah, et cum eo septuaginta masculi. — 8. Et de filiis Saphathiah, Zebadiah filius Michael, et cum eo octoginta masculi. — 9. De filiis Joab, Hobadiah filius Jehiel, et cum eo ducenti et octo et decem masculi. — 10. Et de filiis Selomith, filius Josiphah, et cum eo centum et sexaginta masculi. — 11. Et de filiis Behai, Zachariah filius Behai, et cum eo viginti et octo masculi. — 12. Et de filiis Hazghad, Jochanan filius Chatan, et cum eo centum et decem masculi. — 13. Et de filiis Adoniam novissimis, et hæc nomina eorum, Elpheleth, Jehiel et Semahiah, et cum eis sexaginta masculi. — 14. Et de filiis Bighnai, Huthai et Zabud, et cum eis septuaginta masculi. — 15. Et congregavi eos ad flumen, quod venit ad Ahava, et mansimus ibi diebus tribus: et consideravi populum, et sacerdotes, et de filiis Levi non inveni ibi. — 16. Et misi ad Elihezer, ad Ariel, ad Semahiah, et ad Elnathan, et ad Jarib, et ad Elnatha, et ad Nathan, et ad Zachariah, et Mesullam principes, et Jojarib, et ad Elnathan peritos. — 17. Et præcepi eis ut loquerentur ad Iddo principem in Chasiphiah loco, et posui in ore eorum verba, ut loquerentur ad Iddo et fratrem (fratres) ejus Nethinim in Chasiphiah loco, ut adducerent nobis ministros pro domo Dei nostri. — 18. Et adduxerunt nobis secundum manum Dei nostri bonam super nos, virum intelligentem de filiis Machi, filii Levi, filii Israel, et Serebiah, et filios ejus, et fratres ejus, octo et decem. — 19. Et Chasabiah, et cum eo Jesahiah de filiis Merari, fratres ejus, et filii eorum viginti. — 20. Et de Nethinim quos posuit David, et principes ad ministerium Levitarum, Nethinim ducentos et viginti. Omnes hi nominati sunt per nomina. — 21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Deo nostro, ut quaeremus ab eo viam rectam nobis et parvulis nostris, et omni substantiæ nostræ. — 22. Erubui enim petere à rege exercitum, et equites, ut auxiliarentur nobis ab inimico in viâ; dixeramus enim ad regem, dicendo: Manus Dei nostri super omnes quærentes eum in bonitate, et fortitudo ejus, et furor ejus super omnes derelinquentes eum. — 23. Et jejunavimus, et quæsimus à Deo nostro propter hoc, et placatus est nobis. — 24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Serebiah, Chasabiah, et cum eis ex fratribus eorum decem. — 25. Et appendi eis argentum et aurum, et vasa oblationis domus Dei nostri, quæ obtulerunt rex, et consiliarii ejus, et principes ejus, et omnis Israel qui reperti fuerant. — 26. Et appendi manibus eorum argenti talenta sexcenta et quinquaginta, et vasa argentea centum talentorum, auri centum talenta. — 27. Et crateres aureos viginti drachmarum mille, et vasa ærea aurei coloris boni duo desiderabilia ut aurum. — 28. Et dixi eis: Vos estis sanctitas Domino, et vasa sanctitatis, et argentum et aurum spontaneum dotatio Deo patrum nostrorum. — 29. Vigilate, et custodite donec appendatis eorum principibus Sacerdotum, et Levitarum, et principibus familiarum Israel in Jerusalem in cubiculis domus Domini. — 30. Et susceperunt sacerdotes et Levitæ pondus argenti et auri et vasorum, ut adducerent in Jerusalem ad domum Dei nostri. — 31. Et profecti sumus à flumine Achavâ duodecimâ mensis primi, ut pergeremus Jerusalem, et manus Dei nostri fuit super nos, et eruit nos de manu inimici, et insidiatoris in viâ. — 32. Et venimus in Jerusalem, et mansimus ibi diebus tribus. — 33. Die autem quartâ appensus est argentum et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriah sacerdotis, et cum eo Elhazar filius Pinechas, et cum eis Josabab filius Jesuah, et Nehadiah filius Binnui Levitæ. — 34. Juxta numerum, et pondus omnium, et scriptum est omne pondus in tempore illo. — 35. Venientes de captivitate filii transmigrationis obtulerunt holocausta Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta et sex, agnos septuaginta et septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino. — 36. Et dederunt leges regis satrapis regis, et ducibus qui erant trans flumen, et exaltaverunt populum, et domum Dei.

COMMENTARIUM.

4. PRINCIPES PATRUM, id est, familiarum. In hoc capite recensentur nominatim per genealogias suas principes familiarum, sive duces qui unâ cum Esdrâ ascenderunt de transmigratione Babylonicâ in Jerusalem, regnante in

Babylone Artaxerxe rege. IN REGNO ARTAXERXÆ REGIS, id est, regnante Artaxerxe rege (1).

(1) VERS. 1. — QUI ASCENDERUNT MECUM. Hinc patet Esdrâ hunc catalogum scripsisse, ip-

VERS. 2. — DE FILIIS PINECHAS (1). Filii Aaronis.

VERS. 3. — DE FILIIS PHAROS, sub. qui erat. Istud apponitur, ut distingatur ab altero Secheniah, de quo v. 5. ET CUM EO GENEALOGIA eorum masculorum, etc., id est, dux erat et secum ducebat turmam virorum centum et quinquaginta insignium et egregiorum. Idem in sequentibus nomine masculi significabit (2).

VERS. 4. — PACHATH-MOAB. Vide dicta ad v. 6, cap. 2, sup.

VERS. 5. — DE FILIIS SECHENIAH FILIUS JACHAZIEL. Subicit nomen proprium istius. Alii vertunt; de filiis Secheniah filii Jachaziel, N. et cum eo, etc. Syr. legit, de filiis Secheniah Gado filius Nehzael, et cum eo, etc. Inf. cap. 10, 2, habemus Secheniam filium Jehielis (5).

sumque esse hujus libri auctorem. (COPR. 3 L.) (1) Dicunt hic expositores nostri comm. niter, quod iste non potest intelligi Phinees, qui fuit filius Eleazari, filii Aaron. Similiter cum subditur.

DE FILIIS ITIHAMAR, DANIEL, DE FILIIS DAVID, id est descenditibus ab Itihamar; non potest intelligi Itihamar qui fuit filius Aaron; quia infra eodem capite dicitur quod de filiis Levi non fuerunt aliqui inventi in populo illo qui tunc erant cum Esdrâ. Phinees autem filius Eleazari, et Itihamar filius Aaron, fuerunt de tribu Levi; et ideo dicitur quod isti fuerunt alii similitum nominum. Sed quiddid sit de principali dicto, scilicet, quod fuerint de tribu Aaron, vel de aliis tribubus habentes nomina similia, ratio tamen inducta non valet; imò contrariatur textui quem pro se allegant, quia ibi sic loquitur Esdrâ: Quævisque in populo, et in sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni, ex quo patet, quod cum Esdrâ erant aliqui populares sive laici, qui erant de tribu Juda et Benjamin, et aliqui sacerdotes de tribu Aaron; et quod subditur: De filiis Levi non inveni, intelligendum est de simplicibus Levitis prout Levitæ contra Aaronitas distinguntur. (LYRONUS.)

GENOS. Gersom è posteris erat celebris Phineis, filii Eleazari, filii Aaronis. Daniel in hoc versiculo recitatus, è posteris est Itihamari; et Hatus genus è Davide referebat. (CALMET.)

(2) VERS. 5. — DE FILIIS SECHENIAH, FILIUS PHAROS, ZACHARIAS. Sechenias ad stirpem Pharos pertinuisse ideo dicitur, ut distingatur ab altero Sechenia, de quo in v. 5; in tertio libro Esdræ hæc genealogia ita describitur: Ex filiis Phares, Gersomus; ex filiis Semarith, Amenus; filiorum David, Aedus filius Seccitia; ex filiis Phares, Zacharias. (CALMET.)

(3) VERS. 5. — DE FILIIS SECHENIAH, FILIUS JEZICHIEL. E posteris Secheniah, filii Jachazielis. Ex analogia religionum conjicio, post vocem Secheniah excidisse nomen aliquod proprium viri qui fuerit filius Jachazielis; ac proinde verendum esse: E posteris Secheniah, N. filius Jachazielis. (PISCATOR.)

An ita verendum est? De filiis Sechenia

VERS. 10. — DE FILIIS SELOMITH, FILIUS JOSIPHIAH. Septuaginta: De filiis Baani erat Selomith filius Josephia (1).

VERS. 15. — DE FILIIS ADONIAM NOVISSIMIS, vel, qui erant postremi, id est, qui postremo loco secuti sunt Esdrâ. Vel dicuntur novissimî, sub. redeuntis, respectu eorum ex eadem familiâ, qui cum Zorobabele reversi sunt, sup. cap. 2, 15 (2).

VERS. 15. — AD FLUMEN, QUOD VENIT AD AHAVA, id est, ad flumen quod influit, incurrit et exoneratur in Ahava fluvium; vel ad flumen Ahava, quod perfluit regionem Ahava, quam erudit putant esse Adiabenam regionem Assyriæ, conterminam Armeniæ et Mesopotamiæ, sic dictam ab Adlavâ fluvio, si Marcellino credimus. Grot. Igitur vel Esdrâ ad majorem Israelitarum numerum colligendum Babylone Assyriam et Mediam versus progressus est; vel egressus est Susis, ubi degere solebat Artaxerxes: quo posito, cum dicitur passim ascendisse de Babel, sumitur Babel pro toto imperio regum Persarum, qui etiam reges Babyloni vocabantur. ET MANSIMUS IBI, etc. (3).

filii Jachaziel, N. et cum eo trecenti. Certè Sechenias filius Jehielis legitur Interius 10, 2. Hinc sententiam expresserunt Septuaginta cum Arabico. Nomen filii Sechenia, quod interisse in textu videtur, supplet Syriacus: Ex posteris Sechenia, Gado, filius Nehzael, et cum eo trecenti mares. Junius reddit: De posteris Sechenia, N. filius Jachaziel, etc. Tertius Esdræ legit: Ex filiis Zachus, Jehonias, Zechelei, et cum ipso viri ducenti quinquaginta. (CALMET.)

(1) VERS. 10. — DE FILIIS SELOMITH, FILIUS JOSIPHIAH. Deesse hic nomen aliquod non obscure videtur. Septuaginta: De filiis Baani, Selomith filius Josephia. Idem nomen Baani legitur capite 12, 5. (CALMET.)

(2) VERS. 15. — DE FILIIS ADONIAM, QUI ERANT NOVISSIMI, seu qui redierunt Babylone post fratres suos, qui antea cum Zorobabele venerant. In censu descripto superius, capite 2, 15, legitur Adoniam. ejusque filii sexcenti sexaginta sex. (CALMET.)

VERS. 14. — ZACHUR. Hebræus, 727, et Septuaginta, Ζαχούρ, Zabud. S. Hieronymus legit 727.

(3) VERS. 15. — AD FLUVIUM QUI DECURRIT AD AHAVA. Exhibentur in 4 Reg. 17, 51, populi Hæzai, et regio Avah. Gens Avah ab Assyriæ regibus in Palestinam translata est, traditâ illis vacuâ Israelitarum regione. Medians Esdrâ coloniam suam argere, et non Judæos modò, verùm etiam Israelitas decem tribuum colligere, à recto itinere deflectens secus Tigrim contrario auct, Assyriam et Mediam versus profectus est, ut secum duceret eos qui redire voluissent. Hinc itineris hujus diuturnitas.

Facile etiam Esdrâ non ex urbe Babylone movit, sed è Susis, ubi sedem habebat Artaxerxes.

Ut tempus impenderet lustrationi cœtis, et ut perfectionis laboribus fatigata multitudini tantillum quietis concederetur. Et DE FILIIS LEVI: qui non erant sacerdotes (1).

VERS. 16. — ET MISIT AD ELIEZER, etc. Ut scilicet ad eos venirent recepturi mandata que deferret ad Iddo. Alii, *misit igitur Eliezer, Arielem, etc.* (2).

VERS. 17. — PRINCIPEM IN CHASPIHAR LOCO, id est, qui præerat loco illi. (In Chaspihar,

xerxes, et Judæi maxime florebat. Ut Hierosolymam recta pergeret, per mediam provinciam *Arah* ad Tigrim in Assyriâ illi transeundum erat. Fatemur equidem, in textu non semel legi, *Esdram* venisse Babylone; sed eo nomine significari etiam potest universam Babyloniæ regnum, universaque regiones, que tunc Persis præbant. Ejus imperii urbs omnium notissima erat Babylon; neque alio nomine apud Judæos exprimebatur. *Captivi Babyloni* erant Judæi omnes, latè per totam dittonem regum Babyloniæ dispersi; et *reditas Babylone* indicat libertatem captivis restitutam quædamque demum è regione trans Euphratem venissent. Igitur ex itinere per regionem ad anam *Ahava* nuntios misit *Esdra*s ad montes Caspios, Judæos vocaturus, ut sibi jungeretur. v. 17. Tertius liber *Esdrae* legit in Græco: *Ad Babylam Thera*, et in Latino: *Ad fluvium Thia*. Septuaginta: *Ad fluvium Evi*, vel *Aone*. (Calmet.)

(1) QUESITIO IN SPOLIO ET IN SACERDOTIBUS DE FILIIS LEVI, ET NON INVENTI IBI. Quæstio ex his verbis oritur, nempe quomodo dicatur in sacerdotibus, id est, inter sacerdotes quævisse de filiis Levi, et non invenisse, cum sacerdotibus esse non possent, nisi de tribu Levi? Respondeo Levitas in Scripturâ sacrâ dupliciter dici, uno modo, omnes qui ex Levi progeniti sunt, comprehensit etiam sacerdotes; alio modo eos, qui ex illâ tribu sunt, non sacerdotes. Nam nomen generis sæpè apud scriptores attribuitur speciei imperfectiori, sicut vulgò solas bestias vocamus animalia, et tamen verè etiam homines sunt animalia. Ita ergo sacerdotes quidem erant Levite, sed vulgò apud Judæos nomen Levitarum referebatur tantùm ad Levitas non sacerdotes. Et tales Levitas requirebat *Esdra*s inter sacerdotes, et non inveniebat. (Estius.)

(2) VERS. 16. — JOABIEB, ET ELNATHAN, SAPIENTES. Ad litteram: *Intelligentes*, seu potius doctores, eterndiendis aliis idoneos, vel quibus institutio populi commissa erat. Vide 2 *Esdra*, 8, 7, et 2 *Para*, 35, 5, ubi eadem originalis vox exprimit Levitas populum docentes. Septuaginta, Arabs, et interpretum plures ita reddunt hunc versiculum, veluti *Esdra*s misit ad *Eliezerum, Arielem*, aliosque, non verò illos principum commorantium in montibus Caspiis, ut habet Vulgata. Sed orationis series postulat, sive ut sensus Latini interpreti refineatur, sive ut repetitis, *Esdra*m misisse acutum *Eliezerum* et *Arielem* cum aliis, ut illos jussonibus suis oneraret, legareque ad *Eddo*-nem. (Calmet.)

id est, qui præerat loco illi fortissimo et munitissimo, et fortassè inexpugnabili.) Septuaginta: *In loco Casophylaci*, à קספ *Keseph*, argento. Alii exponunt, qui præerat argenti fodinis. Alii Caspios montes inter Mediam et Hyrcaniam positos intelligunt (1). Et posuit in

